

## EPISTOLA

decimo de onyche gemma: quam ait aliquos  
 putare ἰζὺδ' αἶθρος ἀτρίκτις πεπύχθαι. ubi ἀ-  
 τρίκτις vox corrupta viderur: quomodo autē  
 emēdari debeat, ne diuinare quidem possum.  
 Habui autem vnicum solū exemplar ma-  
 nuscriptum, quod ante annos aliquot vir ge-  
 nere nobilis & eruditione præstans Gaspa-  
 rus à Nydbruck I.C. Ferdinandi Romanorū  
 & Maximiliani Bohemiæ regum à consilijs,  
 immatura morte nobis ereptus, ad me misit.  
 Peto præterea vt per occasionem in Photij pa-  
 triarchæ Catalogo authorum quos legit (quē  
 Augustæ apud vos in generosi viri D. Io. Ia-  
 cobi Fuogeri Mecœnatis mei benemeriti nobi-  
 lissima Bibliotheca Græcè manuscriptum vi-  
 di) locum, si modò est aliquis, de Epiphanio  
 eiusq; scriptis inquiras: vt an præsens hic li-  
 ber, & alter physiologus inscriptus, ab ipso  
 quoque ad hunc authorem referantur, certio-  
 res reddamur. In Corollario addendo proli-  
 xior ac diligentior fuissē, si per alias occupa-  
 tiones licuisset. Delector enim non parum in-  
 dagandis Hebraicis rerum naturalium pro-  
 prijs nomenclaturis: vt aliquid hac saltem in

(α) 3